



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

C. Ad Zoilum.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

N. REVSNERI

XCVIII.

Epitaphium auctoris.

*Dum liceat te, CHRISTE, frui: valedicere memento*

*Cur dubitem? sis ò sis mea vita, Deus.*

*Nam mors est, homini quæ viuatur, anxia vita:*

*At mors, est vitæ vita. quid ergo moror?*

*Munde vale. cui vita nec est, mors est quoque nulla.*

*Namque Deo vera est vita vocante mori.*

XCIX.

Ad Dauidem Peiferum, Iurisc.

& Confil. Elect. Saxon.

*Si laus est hominis, bonis placere:*

*Laus est hæc quoque, displicere prauis.*

*Namque infamia vera, laus putanda est*

*Eius, qui malus est: nihilque fecit*

*In vita simul ipse laude dignum.*

*Sic Hector cupit ille Næuianus*

*Laudati ore viri, atque laude digni*

*Laudari. putida ore de maligno*

*Laus, & sordida fit citò bonorum.*

C.

Ad Zoilum.

*Si breuis est nimis iste libellus*

*ZOILE: cur tua lingua proteruè*


Oblat



INSOMNIÆ.

*Oblatrans simul, oblateransque,  
Haud iridem brevis esse laborat.  
Nam breue non bene dixero longum  
ZOILE: quin mala causa silenda est:  
Si minus hæc bona causa videtur:  
Cui bona sit mala, non bona, causa.*

FINIS.



LIBRARIVS LECTORI, S.

**M**Orbo oppressus Auctor noster sanè molesto, & difficili: quum in lectulo sibi ferè decumbendum foret, & malè feriandum: Epigrammatis his ad Deum, & homines scriptis: vigilans, somniansque, se officij sui commonere: & dolori ita mederit: & longos (vt Poëta ait) Soles fallere voluit: tum verò suam erga Deum pietatem, & erga amicos absentes beneuolentiam, memoriamq; eodem pacto contestari. Cæterùm ad calcem huius libelli adiunximus epistolas aliquot illustrium, & clarorum virorum: quas & ipsas non indignas, aut injucundas lectu fore existimamus. Vale, mi Lector: & Etesias eiusdem propediem expecta: quæ quoniam cum reliquis Poëmatis Basileæ excusis non vnà prodeunt: seorsim eas diulgare visum fuit.

CLA-